

Séquence : le latin éternel

La langue des savants et des philosophes (XVIIème)

René Descartes ; *metaphysicae meditationes* (1641) « **cogito ergo sum** »

Suppono igitur omnia quae video falsa esse; credo nihil unquam extitisse eorum quae mendax memoria repraesentat; nullos plane habeo sensus; corpus, figura, extensio, motus, locusque sunt chimerae. Quid igitur erit verum? Fortassis hoc unum, nihil esse certi.
(...)

Sed mihi persuasi nihil plane esse in mundo, nullum caelum, nullam terram, nullas mentes, nulla corpora; nonne igitur etiam me non esse? Imo certe ego eram, si quid mihi persuasi.

Sed est deceptor nescio quis, summe potens, summe callidus, qui de industria me semper fallit. Haud dubie igitur ego etiam sum, si me fallit; & fallat quantum potest, nunquam tamen efficiet, ut nihil sim quamdiu me aliquid esse cogitabo. Adeo ut, omnibus satis superque pensitatis, denique statuendum sit hoc pronuntiatum : **Ego sum, ego existo, quoties a me profertur, vel mente concipitur, necessario esse verum.**

_____ ; je me persuade que rien n'a jamais été de tout ce que ma mémoire remplie de mensonges me représente; je pense n'avoir aucun sens; je crois que le corps, la figure, l'étendue, le mouvement et le lieu ne sont que des fictions de mon esprit. Qu'est-ce donc qui pourra être estimé véritable? Peut-être une seule chose : qu'il n'y a rien au monde de certain.[...]

Mais il y a je ne sais quel trompeur très puissant et très rusé, qui emploie toute son industrie à me tromper toujours. Il n'y a donc point de doute que je suis, s'il me trompe; et qu'il me trompe tant qu'il voudra il ne saurait jamais faire que je ne sois rien, tant que je penserai être quelque chose. De sorte qu'après y avoir bien pensé, et avoir soigneusement examiné toutes choses, enfin il faut conclure, et tenir pour constant que cette proposition: _____

3^{ème} Méditation

Questions :

- 1- la première phrase résume la démarche intellectuelle de Descartes : traduisez-la.
- 2- Traduisez les morceaux manquants.
- 3- Quels sont les champs lexicaux dominants ?
- 4- Expliquer l'omniprésence des connecteurs logiques.
- 5- Ce latin est-il facile à comprendre ? Pourquoi d'après vous ?